אֲבוּהִי אֲבוּךְ אֲבִי אֲבוּהוֹן אֲבוּכוֹן אֲבוּנָא או אֲבוּנָן

אֲבוּהָא אֲבוּהֵן אֲבוּכֵן

Sic אַח frater,אַחוּהִי ob guttur. pathah nudum. etſi & אֲחוּהִי dici queat. Syr. אַחוּי vt אֲבוּי, & cæt. in prima perſona אַחִי frater meus.Reperies & אֲבָא pro אֲבִי pater meus. Plerunque enim א pro י affixo primę perſonæ ponitur.Nonnulla in א deſinentia,illud in י mutant, כַּרְסְיָא, כָּרְסְיֵה, at כָּרְסִי. מָרָא, מָרְיֵה, at מָרִי dominus meus,quod & מָרִאי ſcribitur.

A F F I X A cum verbis.

Præteritum. קְטַל

קַטְלֵהּ קַטְלָךְ קַטְלְנוֹן קַטֵלְכוֹן

קַטְלַנִי קַטְלְנָא

קַטְלָהּ קַטְלֵךְ קַטְלְנֵן קְטַלְכֵן

Sunt qui קְטַלַנִי & קְטַלְנָא malint ad Hebr. more.

קְטַלְתְּ

קְטַלְתֵּהּ קְטַלְתִּנוּן

קְטַלְתַּנִי קְטַלְתְּנֵן

קְטַלְתָּהּ קְטַלְתְּנָא

קְטַלֵת Affixa recipit eodem modo, niſi quòd primæ perſonę non recipit,ſecundę inſuper recipit.

קְטַלְתָּךְ קְטַלְתְּכוֹן

קְטַלְתֵּךְ קְטַלְתְּכֵן

Quæ Hebr.more ſcripta reperies קְטַלְתִּיכוֹן &

AFFIXA cum fœm. ſingul.

reg. iuſtitia

צִדְקָא צִדְקַת יְיָ צִדְקְתֵהּ צִדְקְתָךְ צִדְקַתְהוֹן צִדְקַתְכוֹן

צִדְקְתָא emph. צִדְקְתִי cóm. צִדְקְתָנָא

צִדְקְתַהּ צִדְקְתֵךְ fœm. צִדְקַתְהֵן צִדְקַתְכֵן

Syr. צִדְקְתֵן. Talmud. צִדְקְתֵן.

AFFIXA cum plur. fœm.

reg. iuſtitiæ

צִדְקָן צִדְקַת יְיָ צִדְקְתֵהּ צִדְקְתָךְ צִדְקַתְהוֹן תְכוֹן

צִדְקָתָא emph. אוֹ צִדְקָתֵי צִדְקָתִי cóm. צִדְקָתָנָא

Syr. צִדְקָתָן.

Hîc vides plurali iungi affixa ſingularia, Dan. 2. אֱלָהּ אֲבָהָתִי Deus patrum meorum. Poſſunt & pluralia adiungi ad hunc modum.

צִדְקָתוֹהִי צִדְקָתָךְ צִדְקָתֵיהוֹן צִדְקָתֵיכוֹן

צִדְקָתִי &c.

צִדְקָתָהָא צִדְקָתַיִךְ אוֹ צִדְקָתַיְכִי צִדְקָתֵיהֵן צִדְקָתֵיכֵן

Vt Hebr. צִדְקוֹתָם & צִדְקוֹתֵיהֶם dicitur. itẽ צִדְקוֹתָן & צִדְקוֹתֵיהֶן. In forma emphatica pro תָא., reperies & Syr. תָא.

AFFIXA cum imperfectis.

Si quid illic peculiare eſſet, ſuprà monuimus in eorum formis, vt de forma בַיִת in quieſcentibus ain: de ijsquę in וּת, וֹת, aut ית., deſinunt tam in quieſc. lamed, quàm in perfectis, quæ ת abijciũt ſæpe, ſed in regimine vel cum affixis reſumunt. Forma אַב vel

Regimen plurale ſe habet vt Hebr. At ſingul. ferè non mutatur, niſi in nonnullis de quibus antè dictũ eſt in formis nominum, vnde & rationẽ petes mutandi puncta cum affixis, quæ ferè ad Hebręos accedit, niſi quod in regimine ſingul. ferè neutrum pũctum Chaldaicè mutatur. Camets in ſecũda ſyllaba in pathah mutari videas, מִנְיָן numerus, in reg. מִנְיַן מָאנַיָּא numerus vaſorum, quod in 12. prophetis nos penè obſeruauimus. Sed ſi vtrunque punctũ vbique retinueris, Chaldaiſmum magis reſipiet. Forma emphatica nunquam regimen ingreditur niſi interiecto articulo genitiui דִּי vel דְ, vt עַבְדָא דֶאֱלָהָא ſeruus Dei, quod Hebr. exprimi nõ poteſt, Gallicè poteſt, Le ſeruiteur du Dieu. Hinc fit vt ſępe paraphraſtæ Chaldæi forma emphatica ex linguæ idiotiſmo vtantur, vbi in contextu Hebr. non eſt he haiedia. poteſt & dici עֲבֵד דֶאֱלָהָא. At עַבְדָא אֱלָהָא nũquã ferè. In Eſdra 7. cap. מִן עַמֵּהּ יִשְׂרָאֵל, pro עַמָּא דְיִשְׂרָאֵל. eadẽ ratio & pluralis, עַבְדַיָּא דְמַלְכָּא & עַבְדֵי דְמַלְכָּא interdũ, non עַבְדַיָּא מַלְכָּא. Idem dicendũ erit de fœmineis quæ ſequuntur. Interdum affixa antecedenti præponuntur etiam Babylonicè, Daniel. 2. שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא nomẽ ipſius Dei, מַתְלוֹי דִשְׁלֹמֹה parabolæ ipſius Solomonis: quod familiare eſt Rabbinis רִבּוֹנוֹ שֶׁל-עוֹלָם dominus ipſius mundi, & c.

AFFIXA Cum plur.

Syr. reg. ſerui

עַבְדִין עַבְדֵי ׳ין׳ | עַבְדוֹהִי או עַבְדוֹי | עַבְדָךְ עַבְדֵיהוֹן | עַבְדֵיכוֹן

עַבְדַיָּא (emph. עַבְדַי עַבְדָנָא

עַבְדָהָא עַבְדַיִךְ vel דַיְכִי עַבְדֵיהֵן עַבְדֵיכֵן

°Syr. verò עַבְדָנָן vel עַבְדֵינָן.

Vides nonnulla pluralia cum ſingularibus concurrere, vt עַבְדָךְ, quod in Daniele plurale cum י ſcribitur עַבְדָיךְ, vt olim veriſimile eſt prolatum fuiſſe. at ſine י, vt ſingulare legitur. item עַבְדָנָא, quod forſan ſcribebatur עַבְדֵינָא vel י quieſcente עַבְדָיְנָא, vt Hebr. עֲבָדָיו. Affixo fœmineo ſingul. 2. perſ. ך ſæpe ſubnectitur י & ſingulariter & pluraliter, עַבְדְכִי pro עַבְדָךְ & עַבְדֵיכִי pro עַבְדַיִךְ, quod & Hebr. videas fieri ad imitationem huius linguæ: imò & interdum merè Chaldaicis affixis vtũtur תַּגְמוּלוֹהִי in pſalmis, retributiones eius, & מַלְבְּךְ pro מַלְבֵּךְ extra pauſã, quod familiare eſt Rabbinis. Confundunt & hic ſingulare cum plurali, vt עַבְדֵךְ ſit ſeruus tuus ò fœmina & ſerui tui. Sic מַלְאָכֵכִי legati tui in Nahũ, plurale videtur, etſi eo loco מַלְאָכֵכֵה he pro י ſcribatur. Poteſt tamẽ dici plurale eſſe more Talmud. pro מלאכיכם legati veſtri. Alij aliter ſentiunt. Talmudici י literã mouent etiam in affix. 3. & 2. perſ. vtriuſque generis, dicentes עַבְדֵיהוֹ ſerui eorum עַבְדֵיהֵי earũ עַבְדֵיכוֹ veſtri ò viri. עַבְדֵיכֵי veſtri ò fœm. quæ & interdum illis ſingularia ſũt, ſeruus eorũ, veſter & c. vt & עַבְדֵי apud illos interim, ſeruus meus, quod ſcriberẽt עבדי״.

fit לְהֹון pro לְהֱוֵיהוֹן, vt ſint illi. Cæterùm הו contra-ctum ex הון, Iudæi ferè הו efferunt, ſed corrupté.

Sunt autem horum affixorum quædam quæ ſingulari magis, alia quæ plurali gaudeant: rurſum quędam familiaria magis verbis, vt quæ nun aſciſcunt, נֵהּ, pro quo Talmud. נוֹהִי. & נְךְ, נֵךְ, נִי, נוּן & נְהָ, pro quo Talmudici נְהוּ. & נִין vel נַן, pro quo Talm. נְהִי. Item הּ præcedente tſeri maſculinum: præcedéte camets, vt Hebr. & interdum pathah in Daniele, fœmineum, ſingulari iunguntur. הִי præcedente ו & הָא, quod & interdum Hebr. pro הָ inuenitur, plurali. Syri pro וֹהִי dicunt וי. Sed & iſta duo verbis iuncta inuenies, & nominibus ſingularibus imperfectis, vt infrà audies. Sæpe הָא ſcribitur vbi analogia tantùm הּ postulat, נפשהא, quod tantùm legendum fuerit נַפְשָׁהּ. א enim ad iuuandum lectionem adiectum fuerat ſine punctis, ne quis crederet eſſe נַפְשָׁה pro נַפְשָׁא. Reperies tamen & א pro הּ, vt notauimus initio obſeruationum in Targum Amos. quod & Hebr. fit, Ezech. 36. כֻּלֹּא pro כֻּלָּהּ. Sed iam audi formulam affixorum cum nominibus, quam vno & altero exemplo docebimus.

AFFIXA cum ſing. maſc.

Domini. reg. ſeruus

עַבְדְּהוֹן עַבְדְּכוֹן עַבְדֵּהּ עַבְדָּךְ עַבְדִּי עֲבֵד עֲבַד

עַבְדָּנָא עַבְדִּי cōm. עַבְדָּא emph.

עַבְדְּהֵן עַבְדְּכֵן עַבְדִּיךְ עַבְדַּהּ fœm.

& Syr. עַבְדְּהֵן. Talmud. עַבְדִּין

Ablatiuus verò cum מִן formaretur vt Hebr. מִנֵּהוּ מִמֶּנּוּ abillo מִנֵּהוּ מִנֵּךְ מִנְהוֹן מִנְכוֹן מִנָּנָא או מִנַּן מנאי quod scribũt, מִנַּי & Talm. מִנִּי

מִנֵּהּ מִנֵּךְ מִנְהֵן מִנְכֵן

°Vnde aliquid à se deprecãtes Iudęi dicere solẽt, בר מִנַּן absit à nobis, i. Hebr. חוץ מִמֶּנּוּ extra nos sit.

Verùm hæc quia citra affixorum cognitionem intelligi non possunt, diligenter sequentem figuram perpende, quę breuiter affixa omnia complectitur. Forsan pronominibus adijciẽdum מַן quis, interrogatiuum vtriusque generis & numeri, de homine tantùm, vt Hebr. מִי. At מָה, vel מָא, de alijs. Talmud. מַי, quod scribũt מאי. at Syr. pro מַן dicitur & מַנוּ. His adde אֵידֵן idem quod אֵיזֶה quisnam, vnde fœmineũ אֵידָא quænam.

PRONOMINA Affixa.

	Pluralia			Singularia		
	Primæ	Secundæ	Tertiæ	Primæ	Secũdæ	Tertiæ
masc.		כון	הון נון		ךְ נָךְ	הּ נֵהּ הִי
comm.	Sy. ן· נָא נָן			י נִי		
fœm.		כֵן	הֵן נֵין או נִין או נָן		ךְ נֵךְ	הּ נָהּ הָא

Genera interdum confundi videas: vt נון & כון vtrique generi sint communia. In nonnullis Talmudici detrahũt nun extremum, vt pro הון & כון dicũt הו & כו, itẽ pro הֵן & כֵן, הֵי & כֵי. Ac in הון sępe he resecãt, pro בְּהוֹן בון in illis. לון pro לְהוֹן illis: etsi hęc plerique omnes efferant בון & לון. quod & in Dan.

peculiare fœm. דְּגֵן hę. pro דֵּן dicũt et דָּךְ, & cum דְּכִי, י vel דִּיכִי, quod vtroque genere reperias, & דְּכֵן. item הָדֵי. & fœmineum קַרְיְתָא דָךְ vrbs ista. Hæc recti casus sunt. Obliquos formabis vt Hebr. præpositis articulis vel præpositionibus ad hunc modum.

Plural.		Singul.		
vestri	illorum	tui	illius	masc.
דִּידְכוֹן	דִּידְהוֹן	דִּידָךְ או דִּילָךְ	דִּידֵהּ או דִּילֵהּ	
דִּידָן או דִּילָן	nostri	דִּידִי או דִּילִי	mei	comm.
דִּידְכֵן	דִּידְהֵן	דִּידִךְ או דִּילִךְ	דִּידָהּ או דִּילָהּ	fœm.

Vbique pro דִּיךְ potest dici דִּיל, quæ idem valét quod Hebr. שֶׁלּוֹ, שֶׁלָּהּ, & c. Rabbinis frequentiora. Cæterum דִּידֵהּ, דִּידָהּ, & eiusmodi à יַד manu fiunt, alia periphrasi eodem tendente.

Plural.			Singul.			
Primæ	*Secundæ*	*Tertiæ*	*Primæ*	*Secundæ*	*Tertiæ*	
	לְכוֹן	לְהוֹן illis		לָךְ	לֵהּ	illi
לָן או לָנָא			לִי			
	לְכֵן	לְהֵן		לִךְ	לָהּ	

Dicunt & לְדִידִי, לְדִידָךְ, לְדִידֵהּ &c.

Sic in accusatiuo, יָתָךְ יָתֵהּ illum

&c. יָתֵךְ או יָתִיךְ. יָתַהּ

Accusatiuum etiam per se reperias, הִמּוֹ, ipsos, quo & pro recto vtuntur, & vice verbi substantiui, vt alijs pronominibus, אֲנַחְנָא הִמּוֹ nos sumus, & c. Dicitur autem הִמּוֹ pro הִמּוֹן reiecta litera nun, quod & aliàs fit in pronominibus, affixis maximè, vt infrà audies

TABVLA Quarta de Pronominibus.

PRONOMINA SEPAPATA.

Plu ra li a.			Sin gu la ri a.		
Primæ	*Secundæ*	*Tertiæ*	*Primæ*	*Secundæ*	*Tertiæ perſ.*
					ille maſ.
	אַתּוּן או אַנְתּוּן	אִנּוּן או הִנּוּן			הוּא או אִיהוּ
אֲנַחְנָא		אֲנָא או אֲנָה ego		אַתְּ או אַנְתְּ tu comm.	
	אַתֵּן או אַנְתֵּן	אִנִּין או הִנִּין Dan. 7			הִיא או אִיהִי fœm.

°pro אֲנַחְנָא dicunt & contractè נַחְנָא & אֲנַן.

Pro אִיהוּ, quod magis Syriacũ eſt, reperies אִנְהוּ & נִיהוּ. Sic in fœm. pro אִיהִי etiam magis Syriaco, אִיתָא & נִיתָא & אִנָא, quæ magis Talmud. ſunt, נִיהִי ſicut & הָא vel הַי quod ſcribunt הָאִי, ſed reſpondet propriè pronomini זֶה hic · זֶה הָאִישׁ dicunt הַי גַּבְרָא hic vir, & c. Dicunt & הָא in fœm. pro זאת hæc. אִנוּן ſæpe commune eſt, pro quo Talmudici dicunt נִנְהוּ quod alij per vaf holem legunt, vt pro אִנִּין vel אִנִין dicũt נִנְהֵי. Quin & אִנְהוּ quod ſingulare poſuimus, reperies plurale, quod ab alijs effertur per vaf holem. Sic אִנְהֵי pro נִנְהֵי plur. Dicunt & הָנֵי vel הָנָךְ, quod propriè reſpõdet Hebræo אֵלֶּה. pro quo & אֵל more Hebr. puriore lingua Babyl. Pronomen Heb. זֶה, Chald. effertur דֵּן, & he haiedia pręter linguę more pręfixo, verùm raphatũ, הָדֵן, id eſt הַזֶּה, quod & alijs pronominib. præfigunt, הָאִנּוּן, & c. Fœm. זאת Chald. דָא vel דְּנָא, etſi דְּנָא eſt etiã emphaticũ à דֵּן, & c. הָדָא id eſt הַזּאת. plur. אִלֵּין & אִלֵּךְ pro אֵלֶּה. Sed

ſecundus	תִּנְיָן	תִּנְיָנָא או תִּנְיָתָא או תִּנְיָנִיתָא
tertius	תְּלִיתָאָה	תְּלִיתַיְתָא
quartus	רְבִיעָאָה	רְבִיעַיְתָא
quintus	חֲמִשָּׁאָה vel חֲמְשָּׁאָה	חֲמִשַּׁיְתָא
ſextus	שְׁתִיתָאָה	שְׁתִיתַיְתָא
ſeptimus	שְׁבִיעָאָה	שְׁבִיעַיְתָא
octauus	תְּמִינָאָה	נַיְתָא
nonus	תְּשִׁיעָאָה	עַיְתָא
decimus	עֲסִירָאָה	רַיְתָא

In ſequentibus numeris cardinalia confunduntur cum ordinalibus, vt Hebr. חַד עֲסַר vndecim & vndecimus, & c. Memineris autem hæc ordinalia variari, vt ſuprà dictum eſt de gentilibus & denominatiuis deſinentibus in ai. Primariò enim dicitur קַדְמַי vel קֳדָמַי: vnde emphat. & ſimul fœmineum קַדְמָאָה, & c. pro quo dicunt & Syri ac Ieroſolym. קַדְמָא, vt & בַּתְרָא pro בַּתְרָאָה poſterior, & forma emphat. fœmineā קַדְמַיְתָא. plur. maſc. in אִין, & emphat. יֵא, vel Syr. אֵי. קֳדָמָאִין. & קֳדָמַיָּא vel קֳדָמָאֵי, primi, οἱ πρῶτοι. Talmudici pro קַדְמָא dicunt קַמָּא, abſorpto daleth in daghes, vt פֶּרֶק קַמָּא caput primum, & קַמִּים dicunt primos, veteres, & cęt. Sic alia quę in אָה efformauimus. תִּנְיָן nō eſt huius rationis, cùm in אָה nō exeat. Ab hoc reperies aduerbialiter ſumptū תִּנְיָנוּת ſecundó. Fœminea autē ſuperiorū in יָן, & emphat. יָתָא deſinent, קֳדָמָיָן & קֳמַיָתָא primæ, & c. At à תִּנְיָן plur. תִּנְיָנִין, fœm. תִּנְיָנָא, plur. תִּנְיָנָן & תִּנְיָנָתָא ſecūdæ. Sed iam ad reliqua accingamur.

7	שִׁבְעָא	שְׁבַע או שִׁבְעָא	
	עֲתֵי & עֲת In reg.		
8	תְּמָנְיָא	תְּמָנֵי	
9	תִּשְׁעָא	תְּשַׁע	
10	עַסְרָא	עֲסַר	

עֶשַׂרְתֵּי. Syr. & עַסְרַת. in reg. עַסְרֵי. & in compos. in compositione, עֲסַר. Et si retineri potest & עַסְרָא.

11	חַד עֲסַר או עַסְרָא, חֲדָא עַסְרֵי vt		
12	תְּרֵי עֲסַר	תַּרְתָּא עַסְרֵי	
	תְּרֵיסַר. Syr. &		
13	תְּלַתָּא עֲסַר	תְּלָת עַסְרֵי	
14	אַרְבְּעָא עֲסַר	אַרְבַּע עַסְרֵי	
	אַרְבֵּיסַר. Syr	אַרְבְּסַר vel	
15	חַמְשָׁא עֲסַר	חֲמֵשׁ עַסְרֵי	
	חֲמֵיסַר. Syr. & c. eodem modo.		
20	עַסְרִין או עֶשְׂרִין	80 תְּמָנִין	
30	תְּלָתִין	90 תִּשְׁעִין	
40	אַרְבְּעִין	100 מְאָה	
50	חַמְשִׁין	200 מָאתַיִן או מָאתָן Syr.	
60	שִׁתִּין	300 תְּלָת מְאָה או מְאָון et c.	
70	שִׁבְעִין	1000 אֲלַף אַלְפָּא emph.	
		אַלְפִּין אַלְפַיָּא plur.	
10000	רִבּוֹ רִבּוֹתָא רִבְבָא. plur. רִבְבָן או רִבְוָן		
	emph. וָתָא. duale רִבְוָתַיִן, & וָתָן Syr.		

Ordinalia.

primus	קַדְמָאָה או קֳדָמָאָה	Mascul.
	קַדְמַיְתָא או קַדְמְתָא	Fœmin.

תנין

primitiæ, faciũt תְּרַם primitias obtulit. & à מַשְׁכּוֹן pignus, מִשְׁכֵּן oppignerauit. Sic Chald. à מִסְכֵּן pauper, מַסְכֵּן depauperauit. Quod & interdum Hebraice fit, vt in מִתְיַהֲדִים in Esther, iudaizabant.

Hæ sunt quas vndequaque potuimus colligere, nominum formæ. His te non dubito, lector beneuole, pluresassidua lectione adiecturum. Est enim hæc res pene immensa. Sed nos ex Hebraismi collatione & vsu assiduo frequẽtiores sumus persecuti.

DE Numeralibus.

His operæprecium fuerit subnectere numeralia, quæ valde cum Hebræis cõueniunt, vt sequẽti descriptione planum fit: vbi mascul. sunt quæ in א precedente camets desinunt, vt Hebr. quæ in he, alia fœminina.

Cardinalia.

Fœmin. Mascul.

חֲדָא vna חַד vnus

& in cõ- תַּרְתֵּין | תְּרֵין או תַּרֵין duo
positione, תַּרְתָּא. | In regimine, תְּרֵי

cum affixis, תַּרְוֵיהוֹן duo illi. Talmud. תַּרְוַיְהוּ.

תְּלָת תְּלָתָא 3

cum affix. תְּלָתֵהוֹן

אַרְבַּע אַרְבְּעָא 4

Syr. אַרְבַּעְתֵּי in reg. אַרְבְּעַת

חֲמֵשׁ חַמְשָׁא 5

שֵׁת או שִׁת שִׁתָּא 6

QVATVOR Literarum.

זְלָא	בַּרְזֶל	ferrum
תְּמָא	אַפְּתָם	præceptum
& c. רְבָא	רַבְרַב	princeps, magn⁹
נְמָא	פִּתְגָם	verbum
& c. כַּרְסָן plur.	כַּרְסָא	folium

QVINQVE Literarum.

וְנָא	אַרְגְוָן	purpura
וְנָא	נִשְׁתְּוָן	exemplar
	שְׁפַרְפָּרָא	aurora

Cæterùm עַרְטִילַי & עַרְטִילָאָה nudus, & נַבְרַשְׁתָּא cādelabrum, quatuor sunt literarum. Sic נִבְזְבָא munus. etsi reperiatur & נְבוּזְבָא, quinque literarum. vbi nun potest addititiū esse, à בְּזַבְּז expendit, erogauit.

Inuenies & sex literarum, & plurium. Sed ferè quæ quatuor aut quinque elemētorum numerum excedunt, vt & multa etiam horum, ex peregrinis ducta sunt linguis, vt Arabica, Persica, Ægyptia, Græca, Latina, & cæteris quibuscum Chaldæi, Syri, aut postea Ierosolymitani commercium habuere, quíve his imperitarunt. vnde sunt illa, דוֹרוֹן δῶρον. פִּטְטוּל epistola. פַּדְגוּג pædagogus, & id genus passim apud Metharghemin, & Talmuldicos ac Rabbinos obuia.

Sciendū autem & sępe seruiles literas pro radicalib⁹ haberi in Targū & Rabbinis. Rabbini à תְּחִלָּה initiū, faciūt verbū הִתְחִיל in hiphil incepit. à תְּרוּמָה

Sunt multa perfecta. יְמָמָא à יְמָם pro יוֹם, quod solet dici, vbi nomen noctis subiungitur, & c.

רַבּוֹן vel רִבּוֹן magister, dominus

Prius magis Rabbinicum, posterius Syr. etsi confunduntur sæpe.

COMPOSITORVM.

Hæc ex duobus ordinibus cum conflentur, inde facile petentur, & eò teducentur.

נְקָא vel נְקִי נַקְיָא		purus
plur. נְקִיָא & נְקָין		
נְבִיא	נְבִיאִין	
נְבִיאָה	Emph. נְבִיאַיָא	

Quæ proprie sunt ex נְבִי, aleph abundante, vnde plurale נְבִיִין, & emphat. נְבִיָא, sing. & plur. נְבִיָּיא. Nam ex נְבִיא dicendum propriè נְבִיאָה & נְבִיאַיָא, sic vt postulant quæ adscribuntur literæ, vt iod sit protractionis.

Heemant.

אוֹדָאָה	אוֹדָאָתָא	confessio
אוֹדוּתָא		idem

forma infiniti hiphil.

אוֹרָאָה doctrina

forma infin. hiphil, & אוֹרָיָה. vnde אוֹרָיְתָא lex, nō ab אוֹר illuxit verbo, vt quidā crediderūt.

מוֹדְיָא & cæt. confessio

צְלוּת צְלוֹ

quod ת resumeret in regim. & affixis.

Et ו mobile

& c. וְתָא חֶדְוָא gaudium

DVPLICATORVM.

עַמָּא עַם populus

plur. integrum, עַמְמַיָא עַמְמִין

à singul. עֲמַם & עַמְמָא, vt לְבַב & לִבְבָא cor, plur. לִבְבִין

& לִבְבַיָא. quãquam & לִבָּא dicitur.

dicitur & צַד Hebr. more. צִדָּא צַד latus

Sic à שֵׁן, שִׁנָּא dens, duale שִׁנַּיִן, & plur. שִׁנַּיָא

At אִמָּא אֵם mater

habet plur. הָתָא אִמָּהָן

Et Rabbini ad eundem modum, forma tamen Hebr. אִמָּהוֹת, quod solẽt sine pũctis scribere, אימהות vt dignoscant ab אֲמָהוֹת ancillæ.

גֻּבָּא גּוֹב fouea

At ex כֻּלָּא כֹּל omnis & c.

milel פֻּמָּא פֻּם os

Huc pertinent heemantica

אִתְּתָא אִתְּתָא mulier

אִנְתְּוּ in pausa, אִתּוּ vel אִנְתְּתָא, vel

plur. נְשִׁין.

Sed & נַשׁ pro אֱנָשׁ vel אֱנָשׁ vir reperitur.

אֻמְתָא אֻמָּה natio

plur. אֻמִּין & אֻמַּיָא

& c. מְגִלְּתָא pro מְגִלְּתָא מְגִלָּא volumen

Sunt multa perfecta. יְמָמָא à יְמָם pro יום, quod solet dici, vbi nomen noctis subiungitur, & c.

רַבּוֹן vel רִבּוֹן magister, dominus

Prius magis Rabbinicum, posterius Syr. etsi confunduntur sæpe.

COMPOSITORVM.

Hæc ex duobus ordinibus cum conflentur, inde facile petentur, & eò teducentur.

נְקָא vel נְקֵי נְקִיָא		purus
נְקִיָא & נְקַיִן plur.		
נְבִיא	נְבִיאִין	
נְבִיאָה	נְבִיאַיָא Emph.	

Quæ proprie sunt ex נְבִי, aleph abundante, vnde plurale נְבִיִן, & emphat. נְבִיָא, sing. & plur. נְבִייָא. Nam ex נְבִיא dicendum proprie נְבִיאָה & נְבִיאַיָא, sic vt postulant quæ adscribuntur literæ, vt iod sit protractionis.

Heemant.

אוֹדָאָה	אוֹדָאֲתָא	confessio
אוֹדוּתָא		idem

forma infiniti hiphil.

אוֹרָאָה doctrina

forma infin. hiphil, & אוֹרָיָה. vnde אוֹרַיְתָא lex, nō ab אוֹר illuxit verbo, vt quidā crediderūt.

מוֹדְיָא & cæt. confessio

צְלוֹת צְלוֹ

quod ת resumeret in regim. & affixis.

Et ו mobile

& c. וְתָא חֶדְוָא gaudium

DVPLICATORVM.

עַמָּא עַם populus

plur. integrum, עַמְמַיָּא עַמְמִין

à singul. עַמָּם & עַמְמָא, vt לְבַב & לִבְבָא cor, plur. לִבְבִין

& לִבְבַיָּא, quanquam & לִבָּא dicitur.

dicitur & צַד Hebr. more. צִדָּא צַד latus

Sic à שֵׁן, שִׁנָּא dens, duale שִׁנַּיִן, & plur. שִׁנַּיָּא

At אִמָּא אֵם mater

habet plur. הָתָא אִמָּהָן

Et Rabbini ad eundem modum, forma tamen Hebr. אִמָּהוֹת, quod solēt sine pūctis scribere, אימהות vt dignoscant ab אַמָּהוֹת ancillæ.

גֻּבָּא גּוֹב fouea

At ex כֻּלָּא כֹּל omnis & c.

milel פֻּמָּא פֻּם os

Huc pertinent heemantica

אִתְּתָא אִתָּא mulier

אִנְתּוֹ in pausa, אִתּוֹ vel, אִנְתְּתָא vel

plur. נְשִׁין.

Sed & נָשׁ pro אֱנָשׁ vel אֲנָשׁ vir reperitur.

אֻמְּתָא אֻמָּה natio

plur. אֻמִּין & אֻמַּיָּא

& c. מְגִלְּתָא pro מְגִלְּתָא מְגִלָּא volumen

עֲלָתָא עֲלָא holocaustum
plur. עֲלָוָן, emphat. וָתָא
At אֲמָה ancilla, אֲמָהָן & הָתָא
חֲמָא חֲמָא vel חֲמָא חֲמְתָא ira
חֲטָא חֲטִין & חַטְוָן peccatum
עֲנִי עֲנִיָא
plur. עֲנִיָא & עֲנִין

Quę in ai desinunt in hoc ordine, efformabis vt suprà gentilia. עִלָי excelsus, emph. עִלָאָה. plur. עִלָאִין & עִלָיָא. Sic רַמָי impostor, לֵוָי leuita, & id genus.

סַגִי vel סַגִיָא multus

Multa per iod mobile, vt Hebr. אַרְיֵא, & emphat. אַרְיָא. plur. אַרְיָוָן.

קִרְיָא קִרְיְתָא
קִרְוִין plur. Syr. קִרְוָתָא &
At בִּרְיָא, בִּרְיָן

Sunt & ex heemanticis

מַשְׁרְאָה vel מַשְׁרְיָא exercitus
מַשְׁרְיָן quod scribunt מַשְׁרְוָן plur.
מִשְׁתְּיָא מִשְׁתְּיְתָא conuiuium
עֶלְיוֹן excelsus
עֲנִיוּת & עֲנִיוּ paupertas
מַעֲלְיוּת & מַעֲלְיוּ celsitudo
סַמְיוּת & סַמְיוּ cæcitas
גָּלוּת & גָּלוּ exilium
vt passim וָתָא & גָּלְוָן plur.
in ijs quæ in ות exeunt.

רִבּוּת רִבּוּ

plur.	מְדִינָתָא	מְדִינָן	
	תָא	טָבוּת	bonitas

& טָבוּ, vnde plur. טָבְוָתָא & טָבְוָן. quæ & adiectiue suprà sumi diximus.

סֵיבוּ &	סִיבוּת	senectus

Quiescentia lamed.

	אֲבָא	אַב vel אָב	pater
plur.	הָתָא	אֲבָהָן	
Sic	יְדָא	יַד	manus

יְדַיָא dual. & plur. יְדַיִן

At plurale à בַר filius, non בְרִין magna ex parte, sed ex Hebr. deflexum בְנִין. fœmin. interdum more Hebr. בַת & בְתָא nunc recte formatur, בְרָא eadem voce cum mascul. emphatico, & forma emphatica בְרְתָא, quod scribunt in Venet. בְרַתָּא. Sic plur. fœm. non בְרָן, sed בְנָן. Pro בַר in targ. Ierosolym. בִיר.

שְׁמָא	שֵׁם	nomen

Kibbuts in scua, vt ex יִקְטֹל. in verbis fit יִקְטְלוּן. nā ו proprie permaneret.

		מָרָא	dominus
	פַחְתָא	פֶחָא	dux
plur.	וָתָא	פַחֲוָן	
	וְתָא	חֵיוָה	bestia
plur.	וָתָא	וָן	
	פְתָאָה	פְתָא	latitudo
	שַׁתָא	שְׁנָא	annus
plur.	שְׁנִין &	שְׁנָן	

plur. יוֹמִין	יוֹמָא	יוֹם	dies
	נוּנָא	נוּן	piſcis

A סוּס vel סוּסָא plur. סוּסְוָן & סוּסְוָתָא.

vel בֵּיתָא	בַּיְתָא	בַּיִת	domus

Sic cum affixis בַּיְתִי, vel בֵּיתִי more Hebr. Daniel. enim 4. leges בְּבֵיתִי domi meæ. In hoc plur. more Hebr. בָּתִּין. vel emphat. בָּתַּיָא. In reliquis vt Hebr. י quieſcit. זֵיתִין & זֵיתַיָא oliuæ. Sic reg. ſing. בֵּית.

Hîc obſerua לַיִל Hebr. cum ſit emphaticũ Chaldaice in יָא terminari, לֵילְיָא. vbi forſan terminatio eſt fœminea, etſi reuera ſit maſcul. vnde plu. לֵילָוָן, & emphat. לֵילְוָתָא voce fœm. ſignificatu maſcul. vt Hebr. לֵילוֹת.

Cætera in quibus ſecunda mouetur, omnia perfecta.

נָא	דַּיָּן	iudex
רָא	חִוָּר	albus
רָא	גִּיּוֹר	proſelytus
בָא	חִיּוּב	impietas
מָא	קְיָם	fœdus

HEEMAN.

מְזוֹנָא	מְזוֹן	cibus

Alij מָזוֹן & מָזוֹנָא, inuariatum camets ſeruantes, quod in radicali fere locum habet, in ſeruili non itē, vt ſuprà in מְקָם, plur. מְקִימִין. Sic nunc etiam à מָזוֹן malim dicere מְזוֹנָא.

מְדִינָא מְדִינְתָא

עֵטְתָא עֵטָא consilium

אוּשְׁטְוּ & אוּשְׁטְות porrectio

vt ſuprá. Infinitum hiphil.

מֵילְדָא מֵילַד partus

forma infiniti cal.

תְולַדְתָא . תְולְדָא generatio

מוֹתְבָא מוֹתַב ſedes

מוֹהֲבִיתָא מוֹהֲבִית donum

P E Aleph omnia perfecta, pręter hœmática.

Syr. מֵי מֵאמְרָא מֵאמַר

plur. fœmin. מֹאזְנָן & מֹאזְנַיִן duale, bilances & מֹאזְנַיָא maſc. In הֵימָנוֹת vel הֵימְנוּ, י eſt pro א, vt in verbo ſuprá· Q V Ieſcentia ain.

טָבָא טָב bonus

vnde fœmin. טָבְתָא טָבָא

cuius pluralis טָבָן, ſæpius cum ו mobili.

טָבְוָתָא טָבְוָן

Sic אָת ſignum, plur. אָתִין & אָתְוָן

מָאנָא מָאן vas

Eiuſdem formę cum ſuperiori, niſi quòd eſt plenū. vt dignoſcatur à מָן quis: et ſi Elias in Methurghemā obſeruaſſe ſe dicit in lege & prophetis מָן etiam pro vaſe ſcribi deficiēs: at in hagiographis, plenum, מָאן.

כֵּפָא כֵּף petra

Syr. רֵישׁ רֵאשָׁא רֵאשׁ caput

רֵיחָא רֵיחַ odor

Hebr. dicūt טִיט טִינָא טִין lutum

Syr. בִישׁ בְּאשָׁא. בְּאשׁ malus

יום

תְלִיתָאֵי	תְלִיתָאִין		tertij
תְלִיתָיְתָא	תְלִיתָן		fœmin.
& c. פְּרִישָׁיָא	פְּרִישָׁאִין		Pharisæi

vel פְּרִישָׁאֵי. sic in reliquis.

Reperies & iod quiescens in sing. fœm. vt à נָכְרָי, emphat. נָכְרָאָה externus, & c. fœm. נָכְרִיתָא. vnde plurale נָכְרִין & נָכְרִיתָא emphatic. Sed & iuxta morem superiorum fingi queant.

DE FORMIS Imperfectorum.

Hîc absolutas formas simul cum heemanticis proponemus in quoque ordine, vbi erunt heemantica præmonentes.

Defectiua pe nun omnia heemãtica. nam alia sunt perfecta.

& c. מַתְּנָא מַתָּן donum

Reperitur & fœm. מַתְּנָא. plural. מַתְּנָן

forma infiniti cal. מִסַּב acceptio

מַחֲתָן מַחֲתִית descensus

vt supra אַפָּקוּ & forma infin. hiphil תוקפא exitus

Defectiua pe iod.

heem מַנְדְּע vel מַדַּע cognitio

daghes in nun resoluto. Vnde מַנְדְּעָא. Reperitur & מַדַּע more Chald. sed per camets, Dan. 1. Et absoluta reperiuntur, sed propriè de sequenti ordine.

Quiescent. pe iod

heem.	דַּעְתָּא	דְּעָא	scientia
	שִׁנְתָּא	שְׁנָא	somnus

Emphatica	יְהוּדָאָה	יְהוּדִי	Iudæus
	יְהוּדִיתָא	יְהוּדָאָה	Fœmin.
	תְּלִיתָאָה	תְּלִיתַי	tertius
	תְּלִיתַיְתָא	תְּלִיתָאָה	Fœmin.
	פְּרִישָׁאָה	פְּרִישַׁי	Pharisæus
	מִינָאָה	מִינַי	hæreticus
	תַּנָּאָה	תַּנַּי	doctor
	אֲמוֹרָאָה	אֲמוֹרַי	doctor
&c.	חִילוּתָאָה	חִילוּתַי	pfanus,laic⁹

Fœminea in posterioribus facile efformabis, vt in superioribus. Cæterum pluralia masculina in אין exibunt, vbi tamen regimine pro absolutis vti solent, יְהוּדָיֵא vel Syr. יְהוּדָאֵי. quæ forma hîc emphatica videtur, cum יְהוּדָאֵיָא non inueniatur. Et aliàs syntacticis maxime Talmudici & Ierosolymitani vti solent. הַיְנוּ דְאָמְרֵי אֱנָשֵׁי, illud est quod dicunt homines. vbi הַיְנוּ non Chaldæum est, cum הֲוָה, non הָיָה dicãt: sed Hebræum est cum affixo נוּ rariori, in morem יֶשְׁנוֹ in Ester. Videntur autem emphatice dicere אֱנָשֵׁי, quasi הָאֲנָשִׁים. Fit autem יְהוּדָיֵא proprie ex plurali יְהוּדִין, vt Hebrai. פְּתָאִים & פְּתָיִם dicitur. Fœmin. plur. in יָן, & emphat. in יָתָא, vt à singulari differat, quod in יְתָא exibat. Ante iod in sing. posui pathah seruata analogia. יְהוּדִיתָא. at in plurali pono camets, vt ex sequenti diagrammate cognoscis.

Pluralia

Emphatica	יְהוּדָיֵא	יְהוּדָאִים	Iudæi
	יְהוּדָיָתָא	יְהוּדָיָן	fœmin.

ad eius actionem designandam, ab אֲמִירָה, אֲמַר; à זְכִירָה, זְכַר, & cætera. perinde ac si ab Amo amationem, à Docco doctionem faceres Latinè, & ita in alijs.

Nomina in ת præcedente segol, haud temerè puto Chaldaide reperiri, sed in alias formas demigrant: pro מַשְׁקֹלֶת, מַשְׁקְלָא & מַשְׁקַלְתָּא.

A capite vix puto reperias, cum & Hebraice sit rarissimum.

Ad calcem vt Hebraicè, gentilia, numeralia, denominatiua, & huiusmodi adiectiua format, sed præcedente pathah pro hiric Hebraicè, vnde forma emphatica fit in אָה præeunte camets Sic enim solet א in fine, siue emphaticum, siue quoduis aliud, in he transire, si alterum aleph præcedat, vt נְבוּאָה, more Hebraico, prophetia, non נְבוּאָא, vt eiusdem literæ concursus vitetur. Cæterum forma illa emphatica in אָה desinens, est & fœminea, vt in cæteris. vnde purè fœmineum emphaticum fiet in יְתָא, vt ex sequenti descriptione planum fit.

חֲבִינְנוּת pigritia

Hoc poſtremum adieci(vnde facile ת eximes ſi libet)vt docerem nun in fine dictionum ſuarũ Chaldæos libenter geminare,maximè Syros, vt ſuprà in prima perſona plurali præteriti, & infrà in pronominibus. Sic in hoc nomine pro חֲבִינָא ab חֲבִין dicit paraphraſtes Prouerb. 18. cap. חֲבִינְנָא piger. vnde חֲבִינְנוּת & ,חֲבִינוּת 22.

Sic ת præeunte י.

אַרְעִי	אַרְעִית	fundum
נְוָלִי	נְוָלִית	ſterquilinium
שְׁרוֹשִׁי	שְׁרוֹשִׁית	euulſio,exiliũ

Quod ſuprà coniectabamus poſſe eſſe infinitũ more Talmudico in cal.

אֲחֲרִי אַחֲרִית alia

Et cum א reſumpto ת, אַחֲרִיתָא, fœminina ab אֲחֲרָן vel אָחֳרָן. Quorum pluralia eſſent, אַחֲרָנִין aliæ. & forma emphatica, אַחֲרִיתָא Hebr. הָאַחֲרוֹת. etſi alij malint אָחֳרָנִין & אָחֳרָיְתָא, camets hateph ſub heth ob ſeua ſequens. Nos analogiam ſequimur, vt à תַּחְתִּית plurale Hebraicé תַּחְתִּיּוֹת. Cæterùm quę in ו vel ות deſinunt, plurale faciunt in וָן antecedente ſeua, מַלְכְוָן regna. פַּלְגְוָן dimidia. & cætera. & emphaticè מַלְכְוָתָא.

Formas nominum in ות Rabbini paſſim effingunt à verbis, vt actionem verbi cuiuſque vel qualitatem deſignent. יַבְשׁוּת הָאֲוִיר ſiccitas aeris: vt forma אֲכִילָה, paſſim à quoque verbo vtuntur,

תַּכְשִׁיטָא תַּכְשִׁיט ornamẽtum

Etsi hęc quadrata videri possint, id est quatuor literarum, vt ת substantiale sit. Quæ ambiguitas in multis accidit, non vsqueadeò notis.

ת א

תַּפְקִידְתָא תַּפְקִידָא pręceptum

תִּשְׁבַּחְתָא תִּשְׁבַּחָא laus, hymn᾿

Regimẽ esset תִּשְׁבַּחַת, vt Hebr. à תּוֹכֵחָה, vel תּוֹכַחַת increpatio. & מַמְלָכָה, regnũ, regmẽ מַמְלֶכֶת. Nã ob gutturalem, geminũ pathah pro gemino ..

ת ad calcem

Frequentissimum pręcedente surech vel hiric magno, vt Hebr. vnde facile fuerit emphatica facere, subiungendo א præeunte camets. מַלְכוּת מַלְכוּתָא, &c. Est autem Chaldaicè his peculiare, vt sine ת extremo efferantur, quod in regimine resumat, vel cũ affixis. Nam מַלְכוּת עַמְמַיָא, non מַלְכוּ. item אַרְעִית יַמָא fundum maris, non אַרְעִי dicerent.

	חַלָשׁוּ	חַלָשׁוּת	imbecillitas
	פַּלְגּוּ	פַּלְגוּת	dimidium
& ob gutturalem,	סַהֲדוּ	סַהֲדוּת	testimoniũ
	נַהִירוּ	נַהִירוּת	illustratio
	מַכִיכוּ	מַכִיכוּת	attenuatio
	עֲלִמוּ	עֲלִמוּת	adolescẽtia
		quod & עֲלִימוּת	
	גָּלוּ	גָּלוּת	inquinatio
	בְּכֵרוּ	בְּכֵרוּת	primogenitura
	סְגִירוּ	סְגִירוּת	lepra

vel מַשְׁכְּנָא. quanquam hoc esset potius à מַשְׁכַּן.

א	מ	
מַחְלַקְתָּא	מַחְלְקָא	controuersia
מַשְׁקַלְתָּא	מַשְׁקְלָא	

Hæc ex מַחְלֹקֶת & מִשְׁקֹלֶת Hebraicis fiunt.

נ

Rarum initio, vt forsan in נְבִזְבָּה munus. in calce frequens vt Hebr.

	סַרְבָנָא	סַרְבָן	rebelllis
	רַעֲנָנָא	רַעֲנָן	virens
	פִּקְדָנָא	פִּקָּדָן	depositum
	שִׁלְטוֹנָא	שִׁלְטוֹן	præfectus
	קָרְבָנָא	קָרְבָן	oblatio
Dicitur & אָחֳרַן.	אָחֳרָנָא	אָחֳרָן	alius
	אֻלְפָנָא	אֻלְפָן	disciplina

Quæ duę postremæ formæ sunt admodum cognatæ, & sæpe inuicem permutantur. Cęterùm peculiariter obseruandum formas nominum in an & Chaldæis & Rabbinis familiares esse. רַחֲמָן misericors, etsi Hebręum esse possit. גַּזְלָן raptor. דַּרְשָׁן concionator, & c. vnde מָרָן de quiescēt. lamed, apostata. Maranos vocant. Et Chaldaica, מַרְגְּזָן irritans. מַעְבְּדָן opere valens, δραστικός, cum מ initio. Et in תָן, multa à fœmineis in תָא. סַכְלְתָן intelligens. עַנְוְתָן mansuetus, à סַכְלְתָא intellectû. & עַנְוְתָא modestia. Ex his fierent fœminea in ith. מַרְגְּזָנִית, & sine ת.

ת initio

תַּכְתְּקָא	תַּכְתֵּק	solium

הַזְהָרָה adhortatio. הַשְׁאָלָה translatio. הַפְרָשָׁה ſeparatio. in ſcriptura non niſi in imperfectis vſitata, excepto vno הַשְׁמָעוּת rumor, ab הִשְׁמִיעַ. Chaldaice haberent aleph, אַזְהָרָה vel אַזְהָרָא & c. Vſitata eſt & Rabbinis forma illa etiam ab hiphil, הֶפְרֵשׁ diſcrimē, הֶבְדֵּל ſeparatio. הֶפְקֵר liber, expoſitus.

In fine ſi verè heemanticum eſt, id eſt ſymbolum generis fœmin. in א Chaldaice fere cōuertitur חָכְמָה חָכְמָא ſapientia. Formę ex Hebr. petentur, aut ſi quę nouæ occurrant, huc annectentur.

א initio.

אֶדְרָעָא	אֶדְרָע	brachium
אֶצְבְּעָא	אֶצְבַּע	digitus
אַרְכוּבָא	אַרְכוּב	poples

& c. Reperitur aleph abundans. אִידָא, יְדָא manus, אִדְמָא, דְּמָא ſanguis.

א in fine frequens pro he, ſed diſtinguendū ab emphatico. א initio & א ad calcem frequens, vt & he, vt iam dictum eſt. אַחְסָנָא hæreditas, & c.

מ

מַדְבְּחָא	מַדְבַּח	altare

A מַדְנַח oriēs, reperies & iod interiecto in ſcriptura מַדְנְחָא, quod ſcribunt מדינחא, quod ꝓprie dicēdum erat מַדְנְחָא, vnde מַדְנְחָאֵי oriētales. Sic ſolēt in מַשְׁרִין pro מַשְׁרְיָן copię. | מִזְרְקָא מִזְרַק peluis etſi fere formam Hebræam מִפְעָל mutant in מַפְעַל.

מִסְפְּדָא	מִסְפֵּד	planctus
מַשְׁכּוֹנָא	מַשְׁכּוֹן	pignus

Quod & בְּנַר iuxta ſequentē formam, & בְּנוֹר Hebr. more dici poteſt, cum בִּנְרָא, & בְּנוֹרָא.

צִפַּר צִפְּרָא

In quibus prima ſeua

כְּתָב כְּתָבָא

צְלֵם צַלְמָא

Dicitur & צֶלֶם, ſed in regimine, ſicut à טְעֵם in regimine טַעַם, etſi ſecunda gutturali vtrunque reperiatur, Ezr. 6 & aliás.

corona כְּלִיל כְּלִילָא

lux נְהוֹר נְהוֹרָא

Nam quod quidam ex קְשׁוֹט faciunt קְשְׁטָא, eſt potius à קְשֶׁת, de qua forma ſupra.

limes תְּחוּם תְּחוּמָא

caro בְּשַׂר בִּשְׂרָא vel per ס.

argentum כְּסַף At כַּסְפָּא

In his omnibus formis vides fere vltimam camets retinere, adiecto א emphatico. at vltimam pathah migrare in ſeua. Quod à גְּבַר non ſolū גַּבְרָא, ſed & גִּבְרָא fieri Syriace quidā putāt, vt à דְּבַשׁ, דִּבְשָׁא ego potius à גּוֹבַר & דוֹבַשׁ facta putarim, etſi abſoluta nō reperiātur bona ex parte. argumēto eſt גּוּפַן גֻּפְנָא ſuprà poſitum, quod reperitur abſolutum Hoſ. 9.

FORMÆ Heemanticæ ex perfectis.

ה

A frōte fere nomina facit qualia ſunt infinita hiphil, apud Rabbinos in perfectis frequentiora, vt

קַדִּישָׁא	קַדִּישׁ	ſanctus
כַּמּוּנָא	כַּמּוֹן	cuminum
תַּנּוּרָא	תַּנּוּר	furnus
מַלְכָּא	מֶלֶךְ	rex

pro hoc reperies & מְלֵךְ At à

רִגְלָא	רְגֵל	pes

etſi רַגְלָא quoque dicatur.

Rariora ſunt quinque pũctorũ, et fere in פְּעַל mu tantur, quæ forma Chaldęis maxime familiaris eſt, pro כֶּסֶף, כְּסַף, vnde כַּסְפָּא argẽtũ, &c. At media gutt.

טַעְמָא	טְעֵם	guſtus

quod & טְעֵם dicitur, vt בְּעַל & בְּעֵל, vt בְּעֵל־זְבוּב, quod ſcribunt בְּעִיל.

גַּבְרָא	גְּבַר	fortis

Ex Hebræo גִּבּוֹר, quod in hanc formam Chaldaice fere mutatur.

Huc reducitur פַּחְרָא vel פַּחֲרָא פְּחַר figulus eſſet enim proprie de claſſe affectorum daghes, vt Hebr. פֶּחָם carbo.

טִפְּשָׁא	טִפֵּשׁ	ſtultus
צִנּוֹרָא	צִנּוֹר	canalis
קִדּוּשָׁא	קִדּוּשׁ	ſanctificatio

Quam formã paſſim à verbis deflectũt Rabbini.

חֻלְקָא	חֲלָק	pars
עֻלְמָא	עֲלֵם	adoleſcens

& ſeruato tſeri, עֲלֵמָא. Sic in fœmin. emphatico עֲלֶמְתָא vel עֲלֵמְתָא.

כִּנָּרָא	כִּנָּר	cithara

Quidam putant nun heemâticum.nec alia mihi oc currit. Prim a holem

כּוֹכְבָא כּוֹכָב ſtella

Ferè camets extremum in pathah mutant, etſi occurrere poſſit, & tum adiecto א, retineretur. אוֹצָר אוֹצְרָא.vel אָוֹצְרָא אוֹצַר theſaurus.

כַּתְלָא כֹּתֶל murus

Alia forma Danielis 5. כְּתַל

חֻטְרָא חֹטֶר virga

Eadem forma cum ſuperiore, ſed cum quid additur, kibbuts, quod cognatum punctum eſt hateph camets.at ob gutturalem, vt Heb.pro ſegol, pathah.

אֻרְחָא אֹרַח via

At media gutturali,

דֻּחֲקָא דֹּחַק

quod ſolet ſcribi דּוּחֲקָא in Venet.& c. בּוּסִיר in Abdia reperio, ſed mihi ſuſpectum eſt.

Prima ſurec

אֻמְּנָא אוּמָּן artifex

ex Hebr. אָמָּן

גֻּפְנָא גּוּפַן vitis

etſi גֶּפֶן quoque reperiatur vt Hebr.vnde גַּפְנָא

Sequentes formæ aut ex meris motionibus par uis conflantur, aut certe priore loco punctum breue habent, & magna ex parte daghes imprimunt ſecundæ.

גַּנָּבָא גַּנָּב fur

Huc reducendum חָרָשׁ faber

כְּרוֹזָא כָּרוֹז præco

Et quia hæc duo dubium esse possit, num sint de classe affectorum daghes, sume,

יְקִידָא יָקִיד ardens

פְּתוֹרָא פָּתוֹר mensa

Hæ formæ perfectæ sunt in quibus prior est camets, quod Chald. in hac syllaba mutari non solet. Secundum punctum ferè transit in seua, nisi vbi accedit litera protractionis, aut vbi est camets, vt ex sequentibus intelliges. ea enim inuariata permanent. Formæ דָּבָר & בָּרוּךְ in hac lingua inueniri non solet. pro illa ferè subrogant פְּעַל, vel פְּעָל, de quibus infrá. בָּרוּךְ mutatur in בְּרִיךְ cū habeat formā paul cal.

In sequentibus prima.

הֵיכְלָא הֵיכַל palatium

formari possit תֵּבְלָא תֵּבֵל οἰκουμένη

Hebræum non variat Ionathan If. 14.

אֵזוֹבָא אֵזוֹב hyssopus

סִפְרָא סֵפֶר liber

& prima gutturali

חֶלְמָא חֵלֶם somnium

Sunt qui הֵיכַל inter ea quæ sunt quatuor literarū reponant. Nomina quinque punctorum hic rariora, & fere in formam פְּעַל cōuertuntur. סְפַר Ezræ 6. סֵדֶר, סְדַר ordo. maximè in regimine. ab חֵלֶק reperio חֲלָק de quo infrá.

Hic prima hiric

אִילָנָא אִילָן arbor

rum linguæ vsum, ex Daniele & Ezra certò deprehendimus.

Regimen plur. in masc vt Hebr. מַלְכֵי אַרְעָא, Hebraice מַלְכֵי הָאָרֶץ reges terrę. In fœmin. sing א vt he Hebr. trāsit in ת, camets verso in pathah, מַלְכַּת שְׁבָא, in vtraque lingua, regina Saba. at in plurali ן etiam in ת vertetur, sed retinebitur camets, vt differat à singulari (quod obserua, quia in hodiernum vsque diē hæc à plerisque omnibus sunt confusa) מַלְכַת אַרְעָא, Hebr. מַלְכוֹת הָאָרֶץ reginę terrę. Sed varietas quæ in regimine contingit, infrà in Affixis tractabitur.

Quę in א fœmineum desinunt, interdum in ו exeunt, sed rarissimé, vt pro אִתְּא, אִתּו. & daghes in nun resoluto, אִנְתּו mulier. pro אֲמָה, vel emphatico אַמְתָא אַמְהוּ ancilla. sed hæc in pausa tantum. Sed iam ad formas accingamur, vbi verborū classes sequemur. Simul autem quomodo א emphaticum asciscant, proponemus, et plurale, siquando alienius fuerit.

A masculinis quomodo formētur fœminea, iam discere potuisti. חַכִּים חַכִּימִין חַכִּימָא חַכִּימָן sapiens & cęt. & emphatica חַכִּימָא חַכִּימַיָּא חַכִּימְתָא, ideóque in his non immorabimur enumerandis formis.

FORMÆ nominum planè perfectæ.

עָלְמָא	עָלַם	seculum
כָּהֲנָא	כָּהֵן	sacerdos

quod habet formam benoni cal. vt Hebr. כֹּהֵן.

קְרִיבָא	קְרִיב	propinquus

א emphaticum admittũt,מַלְכוּתָא idẽ quod הַמַּלְכוּת. Item quæ in א desinunt, emphatica fient, aleph fœmin. cõmutato in ת, & ad calcem assũpto א. à צִדְקָא dices צִדְקְתָא, id est Hebraicè הַצְּדָקָה. Ab אִתָּא etsi rarius est, אִתְּתָא, Hebr. הָאִשָּׁה ἡ γυνή.

Numeri tres quidem Chaldæis vt Hebræis: sed dualis non adeò frequens. Bonam enim partem eorum quæ Hebr. sunt dualia, (nisi in numeris, de quibus infrà) hîc pluraliter efferri videas. Hebr. שָׁמַיִם, Chald. שְׁמַיָּא. מַיִם מַיָּא & c. etsi videbatur primũ formandus dualis, vnde forma emphatica in יָא, vtrique numero, duali & plurali communis fieret. Est enim propriè שְׁמַיָּא idem quod הַשָּׁמַיִם. Sic reperies מַיִן & מַיָּא, יְדִין & יְדַיָּא. Pluralis in masculinis desinit in ין præcedente hiric, vbi Hebr. esset ים. Est autẽ hic semper sumẽda forma punctorũ quę esset in forma emphatica, cui ad calcem accedit א, quæ eadem est & cum affixis, vt infrà dicetur. à מֶלֶךְ plural. מַלְכִין reges, vt forma emphatica singularis erat מַלְכָּא. A fœmininis plurale in an, id est ן præcedente camets, efformabitur. à צִדְקָא plur. צִדְקָן. Est & in vtroque plurali forma emphatica: in mascul. exiens in יָא præcedente pathah, מַלְכַיָּא, Hebr. הַמְּלָכִים, οἱ βασιλεῖς. In fœminin. verò, in atha, id est תָא anteeunte camets. צִדְקָתָא, Hebr. הַצְּדָקוֹת. Camets notanter dixi, quia si scua præeat, singul. erit, vt dictum est צִדְקְתָא, quod in Lexicis passim & in Biblijs Venet. confuderunt, & quod mirũ est, etiam ipse Elias. sed hunc esse ve-

cæt. Et de quieſcent. lamed. שַׁלְהִי laſſauit. flectendum vt illa. vnde paſsiua, הִתְפַּרְנַס & אִשְׁתַּלְהִי. Verba quinque literarum non memini me in hac lingua reperire. ſed ſi occurrant, facile erit huc reuocare.

TABVLA TERTIA DE Nominum formis.

DE his prius quàm agimus, dicendũ eſt breuiter de genere & numero nominum. Genera nominum, quę duo tantùm ſunt in linguis orientalibus, vſu magis & obſeruatione diſcuntur, vt Hebr. & in multis linguis, quàm regulis, etſi nõnullæ obſeruari poſsint, eędem quæ apud Hebræos. Quæ in א vel ה deſinunt præeunte camets vnà cum accentu, ſunt fœminina. צִדְקָא iuſtitia, & c. Item quæ in ת ſeruile, אַרְעִית fundus. מַלְכוּת regnum, quæ ſine ת efferuntur, אַרְעִי & מַלְכוּ, vt infrà dicetur. Sed hîc ſedulò tibi cauendum erit ne fallaris, quia ſæpe א in fine nominum pręcedente camets cum accentu, non fœminei generis ſymbolum eſt, ſed emphaſeos: omnino idem quod he הַיְדִיעָה Hebraicè præpoſitum, appellant אֶלֶף מַנְדְעָא aleph notionis. & hoc in omnibus nominibus fieri poteſt. à מֶלֶךְ dicunt מַלְכָּא, Hebraicè הַמֶּלֶךְ. Interim מַלְכָּא fœmineum etiam eſſe poteſt, Hebr. מַלְכָּה regina. Ita in alijs. & fœminina quoque de quibus dictũ eſt, iſtud

cæt. ac forsan etiam satius fuerit vbi aleph omittitur, retinere seua. אִתְּכִי & c. more quiescent. ain. Sæpe enim ordines confunduntur. In Venet. exépl. scribitur אִתַּכִי. Cæterum אִזֶה in Dan. dictum existimo pro אֱזֵה ad dilatandum guttur, vt in Ezra, בְּנֵה, pro בְּנִי. Sic Hebr. אִסְעָרֵם, Zach. 7. pro אֶ, ex piel meo iudicio, ob dilatationem gutturalis. Aphel אַיְתִי adduxit. אַיְתֵית adduxisti, & c. vel iod mutato in vaf, הוֹדֵא. benoni מוֹדֵא. & he expresso, מְהוֹדֵא. Syr. הוֹדִי, & מוֹדֵי, vel per hiric in fine. Infinit. אַיְתָאָה vel אַיְתָיָה & c. ad eũdem modum quo in superioribus. Ex Daniele potest formari pasiuum hoc modo:

ex analogia tertiæ| הֵיתִי הֵיתֵיתָא הֵיתְיוּ או הֵיתַיו
fœm. sin. Dan. 7.| הַיתַיִת° הֵיתֵית הֵיתְיָא או הֵיתַיָא & c.
sed prior forma germana est.|

° quæ sola persona est Dan. 7. per metathesin meo iudicio pro הֵיתַיִת.

Reliquos ordines compositorum ex supradictis facile erit tibi flectere.

Huc annecti posit verbum נְתַן Hebr. more deficiens in extremis. Infin. מִתַּן, vel nun, vt alias, expresso, מִנְתַּן. fut. אֶתֵּן vel אֶנְתֵּן & c.

QVINTVS, eorũ quę quatuor vel quinque cõstant literis, vel repetitis, semper in pael. קַלְקֵל corrupit. vel diuersis, פַּרְנֵס. quæ flectes vt pael supra. פַּרְנֵסְתְּ פַּרְנֵסֶת & c. benoni מְפַרְנֵס pascens, gubernãs. paul מְפַרְנַס. & ab vtroque in plurali מְפַרְנְסִין & c. Infin. פַּרְנָסָא. Imper. פַּרְנֵס פַּרְנְסוּ פַּרְנֵס & c. Fut. אֲפַרְנֵס יְפַרְנֵס &

תַּטְלֵל perfectum est, Dan. 4.

Pasiuum אִדַּק אִדַּקַּת, & c. analogicé. Potest interponi nun pro daghes, הִנְעֵל, he pro aleph, vt moris est, posito. etsi Daniel tantum dicat הָעַל.

POEL nó verè quadratũ hîc etiã formari potest, שׁוֹמֵם vel שׁוֹמֵם, vnde אִשְׁתּוֹמַם. Flectãtur vt suprá.

QVARTVS Compositorum, quorum tria sunt genera.

I. Pe aleph, lamed aleph he vel iod, אתא venit, אֵזָא succendit, אסא sanauit.

II. Pe iod lamed aleph, & c. יְמָה iurauit, יְחִי, quod in hiphil vsitatum est, אוחי accelerauit, cuius radicem malè ponunt יוח. Sic à יְמָה, hiphil אומי adiurauit.

III. Pe nun, lamed, & c. נְדִי, vnde אדי aspersit, & c. In pael & hithpael nun non caderet, אִתְנַבִּי vaticinatus est.

Hæc cùm ex duobus conflentur ordinibus, vtrinque metienda erunt. vt ab אֲתָא infinit. מֵאתָא, vel מֵתָא vel Syr. מֵיתֵי. Talmud. אֶתוּיֵי. futur. אֵתֵא, Syr. אֵיתֵי veniã, יֵאתֵא, vel Syr. יֵיתֵי veniet, & c. Talmudici in imperat. abijciunt א, תָא pro אֲתָא, veni. Peculiare est hîc, ꝙ paul sub vtraq; syllaba ex Daniele habeat tseri, אֵזֵה succensus, Dan. 3. Qua analogia sunt qui pasiuum forment, אִתְסִי sanatus fuit, benoni מִתְסִי vel מִתְסֵי, infinit. אִתְסָאָה, futur. אֶתְסֵא vel אֶתְסִי, & c. quæ א si exprimãt, insignient hateph pathah, אִתְאֲסִי, & c. ac forsan etiam satius fuerit vbi aleph omittitur, retinere seua, אִתְּסִי, & c.

IMPERA.

אִתְדַּק אִתְדַּקוּ אִתְדַּקִי אִתְדַּקְנָא

FVTVR.

אֶתְדַּק יִתְדַּק &c. יִתְדַּקוּן תִּתְדַּקוּן &c.

PAEL perfectum est, vt Hebr.

APHEL.

PRÆTERITVM.

אַדֵּק אַדֵּקְתְּ אַדֵּקַת אַדִּקוּ אַדֵּקְתּוּן אַדֵּקְנָא

אַדְקַת vel הַדֶּקֶת. Dan. 2. אַדֵּקְתְּ. אַדִּקָא אַדֵּקְתֵּן

Prima gutturali, הַעֵל. & epenthesi nun, הַנְעֵל, daghes resoluto in nun, vt in hac lingua sæpe fit.

BENONI.

מַדֵּק מַדְּקִין מַדְּקָא מַדְּקָן

In Daniele expresso he, מְהַדֵּק.

PAVL.

מַדַּק מַדְּקִין, & cæt. vt in benoni analogicé.

INFIN.

אַדָּקָא, & c. Nun interiecto pro daghes in Daniele הַנְעָלָה. Dicitur & הָעָלָה.

IMPERA.

אַדֵּק אַדִּקוּ אַדִּקִי אַדֵּקְנָא

& nun interposito, הַנְעֵל.

FVTVR.

אַדֵּק vel אֲדֵק & cæt. יַדֵּק & cæt. יַדְּקוּן תַּדְּקוּן

ſed iudicio ad diſcernẽdũ tres ordines & vſu opus erit, vt & vbicũque hîc aut illic prima habebit daghes. In Dan. מְעָלֵי ingredi, forma regiminis pluralis, & מ ſegol ante gutturalem affectam camets.

IMPERAT.

דּוֹק דּוֹקוּ דּוֹקִי דּוֹקְנָא · vel per holẽ ſine ו, vt & futur. °Sine daghes propter ſeua. quãquã & retineri poteſt.

FVT.

אֶדּוֹק יִדּוֹק תִּדּוֹק נִדּוֹק יִדְּקוּן תִּדְּקוּן
· תִּדּוֹק תִּדְּקִין יִדְּקָן תִּדְּקָן

Dan. 2. תֵּרֹעַ ob guttur. confringet, conteret. Hęc futuri forma etiã Hebraicè in hoc ordine reperitur, אֶכּוֹת pro אֶכּוֹת contundam. Vide Hebręos grammaticos. Hîc vbi quid additur, ſatis eſt daghes in prima, יִדְּקוּן non יַדְּקוּן. vbi non poteſt eſſe ſeua, aliud eſt, vt in benoni, item in paſsiuo ſequenti.

ITHPEAL.

PRÆT. אִתְּדַק ת. & c. vt in cal. præpoſito אִתְ. Sũt qui dicant אִתַּדַּק, vt ſuprà in defectiuis pe nun, quod malè putatur à nonnullis eſſe paſsiuum aphel, pro אִתְאַדַּק. Sic in quieſc. ain alij ſcribunt אִתְּקֵם, quod nos ſcripſimus אִתְּקֵם.

BENONI.

מִדַּדַּק מִתְּדַקִּין & c.

INFIN.

אִתְּדַקָּא & c. vel אִתְּדָקָא, more quieſc ain vaf.

CAL PRÆTERITVM.

דַּק דַּקְתָּ דַּקְתְּ דַּקֵת   דַּקוּ דַּקְתּוּן דַּקְנָא
דַּקַּת דַּקְתְּ   דַּקָא דַּקְתֵּן

Pathah ſub prima, vt differant à quieſc.ain, vbi perpetuò, vt dictum eſt, camets, etſi Daniel formet דָּקוּ, more illorũ, qua analogia & דָּקַת prima ſing. & דָּקָא tertia plur. fœm. effingi poſſunt. Porrò vbi ſub ק erat ſeua, ex aliorum ordinum communi norma, daghes abieci, quòd hoc & Hebraicè & Chaldaicè fieri ſoleat, vt in ſuperiore ordine dictum eſt. Alioqui ordinis ratio poſtulabat vt diceretur דַּקְּתָּ, & c. etſi in 2. fœm. ſing. intolerabile erat iuxta ſcripturã Hebr. דַּקְּתְּ. Itaque maluimus vbique daghes auferre. Nam pathah ſatis hæc à quieſc. ain ſecernebat.

BENONI.

דָּק דָּקִין   דָּקָא דָּקָן

Vbique camets ſub prima, vt differat à præterito, & quidem latum contra Hebræos canones, vt in בָּתִּים & אָנָה. In Daniele ſcribitur עָלְלִין, at legitur עָלִּין, altero lamed abundãte. eſſet autem עָלְלִין iuxta ſcripturã. perfectum, vt קָטְלִין. Talmudici pro עָלֵל dicunt עָיֵל, de quieſc. ain, ingrediens, confundentes ordines.

P E I L perfectum eſt vt Hebr.

דְּקִיק דְּקִיקִין   דְּקִיקָא דְּקִיקָן

INFIN.

מִדַּק   בְּ כְּ לְ מִל

Eadem forma qua in defectiuis pe nun & pe iod,

FVT.

אגלא יגלא תגלא נגלא יגלון תגלון

תגלא תגלין vel לן יגלין תגלין

Vel אגלי יגלי, & c. He coniugationis nonunquam ex primitur, מהעדה faciens trāſire, remouens, מהשנא mutās, pro מעדה משנא א, & ה pro more cōfuſis. ſic in fut. נהחוה, pro נחוה indicabimus, תהחוון indicabitis, pro תחוון, & id genus. Paſsiuum analogicè formari queat אגלה, forma Hebręa, ſed inuſitatè. Poël forma quidē Hebræa ſicut nec Hebraice, in hoc ordine non formatur, ſed alia forma reperies שיצי שיצית excidit, cō ſummauit, quod extremis ſyllabis flectes vt paël ſuprà שני. eſt enim ei cognatum. Nam & inde fit hithpael, אשתיצי exciſus eſt, vel conſummatus, flectendum vt ſuprà אשתני. Cuius formæ ſuprà etiā in perfectis meminimus.

TERTIVS duplicatorū, quæ vbicunq; poſſunt daghes tertiæ ad ſupplēdum abſentiam ſecundæ, Hebr. more, vel primæ radicali ſi litera ſeruilis præponatur, ad aliquam compenſationem, vt interdum Hebr. imprimūt, etſi Hebr. hoc magis fiat loco hannah. Horum alioqui magna cum quieſc. ain cognatio, vt Daniel דקו dicat, cōminuta ſunt, pro דקו. eſt enim de hoc ordine propriè. Talmudici etiam duplicata, quieſ. ain, & quieſc. lamed confundunt, vt חט & חטא compegit, cōſuit, quod & de quieſc. ain eſt, vnde חייט ſutor. Sic penè Lexica ordines cōfundunt, qui erāt accuratiùs diſtinguēdi, ne cuiquā imponatur. ſequitur formula.

INFIN.

מל ל כ ב שַׁנָאָה או שַׁנָיָא. Talmudici, שַׁנוּיֵי & c.

IMPERAT.

varias formas pete ex cal. שַׁנֵי שַׁנוֹ שַׁנָא שַׁנָן

Ezræ 7. מַנִּי præfice, milel, & abiecta vltima more Hebr. חַוּ nuncia.

FVTVRVM.

אֲשַׁנִי יְשַׁנֵי תְשַׁנֵי נְשַׁנִי יְשַׁנוֹן תְשַׁנוֹן

תְשַׁנֵי תְשַׁנְיָן, vel נָן יְשַׁנְיָן תְשַׁנְיָן

vel nun leuato, quod sæpe fit in vtraque lingua, יְשַׁנְיָן תְשַׁנְיָן.

ITHPAEL.

Flectes vt pael, tantùm præfixo את, nisi quod in radice proposita transponerentur literæ אִשְׁתַּנִּי, benoni מִשְׁתַּנִּי vel מִשְׁתַּנֵא, plur. מִשְׁתַּנָּן, vel מִשְׁתַּנְיָן & c. eodẽ modo vt suprá.

APHEL PRÆTER.

אַגְלֵי אַגְלֵית אַגְלֵיתִי אַגְלִיו | & c. vt in paël, solùm
אַגְלֵית אַגְלֵית אַגְלִיָה | præposito א.

BENONI.

מַגְלֵא או מַגְלֵי מַגְלֵין או מַגְלָן מַגְלְיָא מַגְלְיָן

Dan. 5. מַחֵא syncope pro מַחְיֵא viuificans.

INFIN.

אַגְלָאָה או אַגְלָיָא, & c. Talmud. אַגְלוּיֵי

IMPERAT.

אַגְלֵי אַגְלוֹ אַגְלָא אַגְלָן

אַסְגָא multiplica fœm. Nah. 3. potes formare vt suprá.

FVTVRVM.

אֶתְגְּלֵא יִתְגְּלֵא תִּתְגְּלֵא נִתְגְּלֵא יִתְגְּלוֹן תִּתְגְּלוֹן
